nus valerent, brevi temporis spatio navalem præparant exercitum. Navigantes itaque contra Januam cōburendo, et incidendo, inventasque naves submergendo, eius Marcham fortissime devastant. Cumque omnium votum esset in urbem tendere et eam disperdere, factus est ventus contrarius Pisanos reducens ad Veneris-portum. Hæc igitur Januensium populus audiens, ad Veneris-portum navigat. Cumque Pisanorum galeæ de custodia Januensium galeas prospicerent, una ex decem quæ fuerant in custodiis velociter renuntiat Pisanorum exercitui Januenses adpropinquasse. Novem autem galeæ quæ in custodia remanserant festinanter et audacissime omnes Januensium galeas aggredientes viriliter eos usque ad triginta milia per se cunctur, reliquo Pisanorum exercitu unanimiter subsequente. Sed vento eis obviante contrario, de Januensibus dilata est victoria. Pisanis igitur ad prædictum portum redeuntibus et propter dulcis aquæ inopiam longius a castro se ponentibus, Janu-

[v] ~~vegl. est am anfang der zeile.~~

a) e est bis scriptum